



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Herma[n]ni buschij pasiphili Ser||mo: Colonie in celebri  
Synodo ad cleru[m] dictus: conti||ne[n]s accurata[m]  
exhortatione[m]: ad studiu[m] sacre scripture**

**Busche, Hermann von dem**

**[Köln], [1509]**

**VD16 B 9946**

Nota armaturam chr[ist]iani hominis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31464**



Que cuius impatoris cohortatio talis: audita est vnq̄: tam vehe-  
 mēs: pollēsq; tā securo victorie. Ego cū ipso sum in tribulatōe in-  
 quit: eripiā eū: et glificabo eū. Quid hoc aliud ē dicere: q̄ pugnet  
 solū meus miles: et ondat se ppter me cupere tū vincere. Ceterum  
 de victoria nihil dubitet: vbi ille aduersarij ruētis iper? sustinere  
 nō poterit: ego eripiā: ego subibo. Et licet profligat? hostis: ope  
 auxilij mei: nō illi? p̄tute cesserit: remunerabor eū nihilotamē se-  
 cius: ac si solus alioq̄ sine me vicisset. Profecto iā q̄cūq; post talē  
 post tā piā: fortēq; cohortationē: pnis: lubēt: hufq; animis: h̄ plū-  
 um nō capessim? ignobiles: et degeneres milites sum? nec satis  
 digni (vereor) q̄ in ch̄i Jesu militia numeremur. Proinde posi-  
 tis auri: et argēti p̄ciosis ipedimētis (ad q̄ prob̄ dedec? nō centu-  
 riones mō: et signiferi q̄dā: sed etiā tribuni: et sup̄remi sp̄ualis mili-  
 tie ducea: stupere nup̄ nimū ceperūt) calciem? pedes n̄ros: p̄pa-  
 tione euangeliū pacis: habeam? succinctos veritate lūbos: pect?  
 lorica iusticie defendat: caput includat salutis galea: dextrās ar-  
 memus gladijs sp̄ualib; hoc ē: sacre scripture testimonijs: omni-  
 ancipiti gladio penetrabiliorib;: et ante oīa fidei scutū p̄feramus:  
 q̄ ignita neq̄ssimi tela excipiant. Sicq; instructi: et sperātes pug-  
 nā: sup̄bū hostē (sed incassuz nos territatem: q̄ad istis armis nos  
 tutabimur) fixis in petra vestigjs: et vt fortes decet bellatores: p-  
 uocem?. S; caueam? om̄i sollicitudine: q̄ possum? ne sum? sum-  
 mo huic n̄ro impatori de honestamēto: ne q̄cūq; faciamus: cogite-  
 mus ve illi? disciplina indignū. Quo ē impator: q̄spiam scientior  
 belli gerēdi: eo iniq̄ore animo fert suū militē nō vincere. Quātuz  
 ergo putem? (a q̄ solo ē ipsa victoria) regi n̄ro displicere: Si mi-  
 lites ei? languide pugnēt: aut etiā turpiter hostib; terga vertant:  
 haud quaqs̄ aīo placato hoc laturū: indicio nobis ē: vel illa vox  
 Hieremie dicētis Maledict? q̄ facit opus d̄ni fraudulēter. et ma-  
 ledict? q̄ gladiū suū p̄hibet a sanguine. Ex more romane militie  
 (vt in p̄decretis Justiniani legim?) capitale erat: si miles aut sig-  
 na reliq̄isset: aut hosti arma romana tradidisset. Ipse q̄q; dux n̄r  
 Ch̄s iesus: iura: et leges has suo militi sancit: ne vsq; ab inclyto  
 victorioso crucis signo: ad spes inanes: et infantas falsas oculos  
 auertat: ne arma sua hostiliū partiū arbitrio summittat: habitur?  
 p̄ hoste eū q̄cūq; fecerit. Nō em̄ parū maiestātē suā violari eo eri-  
 stimat: si spurcissimi et crudelissimi hostes vllū armorū suoz ius si-  
 bi faciāt. Aut vllō aduersus suos p̄spero pugne successu glorient?  
 Ecōrrario aut victorie suoz: supra q̄ narrari q̄at: fauet: p̄inde vt

Flota ar-  
 maturam  
 ch̄iani ho-  
 minis

Maledictus qui  
 fraudulenter  
 opus d̄ni facit.



reges fere et principes huiusmodi sanctissimi et carissimos habent: et maximis quibus possunt diuitiis. atque honoribus in suos eos prestare in primis volunt quibus bellandi peritia. et fortitudinem norunt quibus plurimum excellere: ita etiam nisi rex atque imperator: ut quisque apud se maiore et crebriore spiritualium hostium strage celebrat et pluravictor trophea excitat: hoc arcum et plectrum. et eminentiore iter suos loco respiciat: atque honorari mandat. Quare quod quisque maiora expectat premia: ab hoc imperatore nostro: eo magis assiduam operam nauet: ut quisque experientissimus. et bellator: in hac sacra militia: quatuordecim emineat. an nescimus David non meruisse oli: sine notabili cede in circuncisorum regis affinitate: nec nos quod de affinitate: id est cognatione spirituali: propinquitateque mystica: nostri regis digni iudicabimur: nisi prius multa allophorum strage nostras illi militiae approbauerimus: quod (ut opinor) cōsequimur: si eam scripturam studiose spectauerimus: Vnde hec spiritualis ratio militandi aduersus potestates tenebrarum plenissime et primum haberi quod habet. hec est perfecta sacra pagina: nec vlla alia: quam paucissimi iam legimus: quam tamen pene minimo nec possit emi. non pauci sane ecclesiastici: habebant huiusmodi agunt quibus facile aderunt promeratores (ipsi scribentes vocantur in iure): trescentis vel quadringentis aureis empti: et tamen in tanta eorum bibliotheca: vix vlla scriptura sacra: aut scripture sacre interpretum prelo reperiet. Et ideo paucissimi quibus (ut iam antea dictum est) iuxta eius dictata atque prescripta militamus: sepiusque hosti prede sumus: quibus ipsi predamur hoste: et congressi ignominiam frequenter: quam gloriam ex acie reportamus: quod quare nobis eueniat nisi quod militamus huiusmodi scire rudes atque ignari sumus: certe non video: si autem quod olim seculari militia (in qua tamen plus scelus et impietas. quam virtus sibi vendicat) scire affectabat: Pyrrhi: et Lynneae ceterorumque quod de re militari precepta quaedam reliquerunt: libros diligentissime perquisitos avidissime non relegerunt modo: verum ad verbum etiam ediscerent: quemadmodum Cicero quod tempore Cilicia cum imperio obtinebat Lyri pediam totam contriuisse legendo se gloriatur Quir non multo magis nos cōparemus nobis libros istos sancte militiae. in qua non minus necessarium est excellere: quam pulchrum: in qua nullam partem regiminis rabies aut furens temeritas accipit: Sed totum imperium sola ratio. et virtus obtinet: eosque libros (sacram dico scripturam) quos non assidue lectitemus omnes: Hi tamen precipue quod in ista militia ordines ducunt: in quibus manu: res tota veluti in quodam cardine vertitur: ad quibus vita: moresque tamquam ad imperium: et nutum ipsius ducis in prelio: ceteri milites vniuersi respiciunt: ipsi has virtutes: artesque imperatorias discere: et agendo explicare tenent. Nam sicuti victoria fere ex prudentia. et sollertia vniuersi ducis prederet: ita e contrario



inscitia. ⁊ secordia eiusdē sepe salus toti⁹ exercitus sit vltimū dif-  
crimē adducit. Vereor eqdē nō paz venerandi p̄es. ne q̄tidie  
nunc negligentia atq; ip̄itia (ne dicā scelere. atq; p̄fidia) quorūdā  
ecclesiasticorū ducū: exercit⁹ Chri reg⁹ nostri a crudelissimis ho-  
stib; : fede ⁊ cruciabiliter vulgo lanient. S; meminerit sibi p̄dictus  
esse. oēs eos milites: q̄cūq; ip̄sorū culpa sic p̄diti: atq; euerſi sub  
ſſernali hoste iterierint. req̄rendos fore de manu eorū: q̄n tēpus  
illō (sensū iā approp̄iquās) aduenerit: q̄ administrati ip̄erij rō  
acerrime ⁊ seuerissime ab ip̄is exigetnr: a summo illo. ⁊ oīpotēti  
rege cui⁹ manū ip̄ossibile ē effugere: Quā cause dictōez: imo veri-  
us dānatiōez: ne suapte leuitate ⁊ incuria sibi nūc ip̄i strabāt: ex  
hoc sacre scripture corpe: p̄inde atq; ex ope absolutissimo aduer-  
sus execrādā pestiferamq; manū spiritalium latronum studiosissi-  
me sibi p̄cepta q̄tidie petant. Nec q̄cūq; absq; hoz auspicio teme-  
re in hoc sacro cōmilitio stant. S; q̄ ḡne telorū: qua specie ar-  
moz q̄bus stratagematis: q̄bus castris: aut machinis in hūc ho-  
stem pugnare potissimū oporteat. Hinc vel maxime vel soluz que-  
rant. Nā q̄cquid aliūde discitur ( si q̄d mihi imo si quid veritati  
creditor) aut p̄peram aut non equē salubriter discit. Proinde nū-  
q̄ vel vnum latum vnguem: ab hoc libro: omnes ad victoriam ⁊  
triumphum aditus ex amussim nobis pandente discedamus aī ⁊  
mo. ⁊ cogitatione saltem: Quid enim hec caduca momentaneas  
immo vera fallacia bona: et sepius nos (quādo minime timem⁹)  
cum dolore acerbissimo repente destituentia. adeo trepidi inhi-  
amus: Tanto inquam sollicitius huic libro inheramus poti⁹ q̄  
terrenis: Quanto illa mag⁹ obsunt ad certamē spirituale tenden-  
tiz quanto nob̄ ex h̄ hoste victoria magis ē necessaria. Nā hac le-  
ge p̄stricti tenemur singuli ⁊ vniuersi. vt nob̄ omnino. aut vincē-  
dum sit: aut desperata in perpetuum salute: sub carnifice diabo-  
lo inconsolabiliter pereundum. Quare vtrum non sit nobis om-  
ni arte: atq; vigilantia opus: ip̄i dispiciamus: contra eum hostē  
qui est ( teste scriptura) omnibus animantib; terre astutior: Qui  
sedet tamq̄ leo in oculis: vt interficiat innocētē. Qui saginat  
hic astute nationes vt eas tamq̄ sues paulopost iugulet. Qui au-  
sus est ad cribrandum quasi triticum sibi deposcere electos domi-  
ni apostolos: immo qui tantū fiducie in nequitia sua reposuit:  
vt ipsum dominum auderet in deserto aggredi: et prima ac secun-  
da eius sententia percussus: nihilomin⁹ caput leuauerit: et ter-  
tio vulneratus: ad tempus recesserit: differens magis tentatiōez



¶ auferēs. Videam⁹ ergo iquā: vtrū malim⁹ aurū colligere et  
sa ginari h: vt iugulemur nō mlto post mucrone diaboli An po/  
ti⁹ cōtra hūc tetrimū hostē: strēnue arma capere: auxilia cōtrabe  
re: vires firmare: qbus illi resistam⁹ i die malo. Qd si cōsultius  
nob videt: Ab qd nō ita videat nobis: Habeat⁹ ergo quēadmo/  
dū scūs Daniel i cenaculo suo habuit ita et nos tāq; i media ba/  
bilone circūfessi ab hostib: sp aptas fenestras ad Hierusalē: nō  
ad Egyptū: hē habea⁹ tā corpor: q̄aie nre oculos: nō ad opes  
trenas: q̄ appellatiōe Egypti vtiq; scant nobis: s; ad sacra scrip  
turā assidue intētos Quid ē em. qd nos ad memoriā iusticie ⁊ to/  
ti⁹ p̄tut⁹ reuocet: nisi p̄bū dei: Q si ad sacre hui⁹ lectiōis doctnā  
tāq; ad oriētē solē sp r̄spicerem⁹: nūq; i caligie. et vmbra vanitat⁹  
ābularem⁹: neq; nouissimo die illo i tenebris cōprehēderemur:  
hec diuina nob aīo oculos p̄cepta ponit. hac docemur eligere: et p̄  
gnoscerē: q̄ vere sūt nre: ⁊ ab h̄cere q̄ sūt sūt aliene: hac monemur  
p̄ferre falsis vera: iucūdis vtilia: breuib; etna: hāc si amabimus:  
carnis vicia n̄ amabim⁹: quare ad hāc diu⁹ biero: ardēter nos ex  
hortans p̄cipuam nobis curā iniungit noscende diuine legis: q̄  
per eam possumus: quasi p̄sentia cernere exempla sanctorū: q̄  
p̄ eā quid faciendū: quidne vitandū sit. discere et diiudicare pla/  
nissime valeamus: maximūq; ad iusticiam auxilium sit: implere  
diuinis eloquijs animum: quibus nullū neq; salubrius neq; di/  
gnius studium. anīe deum amāti possit excogitari: Quid enim  
candidius: Quid splendidius eruditione diuina: Quid dulcius  
Quidne suau⁹ eloqis dñi: q̄ sunt supra mel ⁊ fauū appetēda. vt  
inqt omelia. vii. in Exodi librū Adamanti⁹: cui⁹ veluti vestigia  
regia i hac p̄secutus Hierony. Latus ⁊ imēsus inqt diuine le  
gis cāpus extēdit: q̄ diuersis testimonijs veritatis. velut celesti  
bus q̄busdā florib; p̄nās: mira oblectatiōe legētis anīmū pascit  
acrefouet. In h̄c igif si (vt idēz ad paulinū scribit) vinerem⁹. si  
ista meditaremur: si nihil aliud p̄terea q̄rerem⁹: nō certe h̄ circa  
terrā. more pecudū volutaremur. s; in sublime tēdētes. ad req̄z  
celestē assumpt⁹ colūbe p̄nis subuolarem⁹ fastidit⁹q; trenis. p̄ il  
lis regni poti⁹ celest⁹ habitaculū q̄rerem⁹ indignū ēē: imo nō p̄  
uā facere nos iuriā creatori cogitātes: si trena ⁊ momētanea cap  
tem⁹ bona: q̄b; ille p̄auit celestia spq; duratura. s; ē nūmiz fieri ca  
melū tortuosus: future b̄titudi: p̄ntē aīferre vtilitatē. s; ē a tra de/  
uozari iuxta p̄pheticum illud. extendisti dexteram tuam: ⁊ deuo  
rauit eosterra: si audire iterum volucrinus hic Hieronymum



(quo aurore vel maxie mihi bladio) apte et vt ita loquar. remoto  
omni velamento docebimur n̄ ch̄iani: s; ethnici eē ābire terrena: n̄  
credēt: sed increduli esse ꝑcupiscere presentia: ꝑba scriptissimi. z illu  
minatissimi viri st̄: hec Ambiat terrena gētilis: q̄b celestia nō de  
benf. Cōpescāt p̄sentia qui futura nō credūt: Christianus diuitie.  
z hereditas sit ch̄i diuinitas. Idē ad luciniū bethicū scribens ait  
q̄ diu versamur i rebo seclī: et aia n̄ra possessionū: ac redituū ꝑcu  
ratiōe deuicta ē: libere de deo cogitare n̄ possumꝑ: nec dissentit  
beatus Gregorius: libro sup Job: quartodecimo: dicēs Omnis  
iniq̄ ꝑsilium ē: appetere p̄sentia. z despiciere eterna. Si preterea  
Origenē admittimꝑ mūdū diligere z ea q̄ i mūdo st̄: plaga egyp  
tia: lāguor egyptius ē: deseruire carnis luxurie: voluptatibꝑ opaz  
dare: vacare delitijs: egyptiꝑ lāguor ē. Videte ergo vos viri ec  
clesiastici: ne p̄mat vos lāguor egyptiꝑ: imo qđ ḡuius ē: Videte  
ne quū terrenas opes: z nō spiritales: auide n̄miū q̄rit: z corra  
dit: vndiq; nō ch̄iani sed egyptij sacerdotes inueniam̄ In egyp  
to seruiunt israhelite. Aegyptꝑ aut̄ i scripturis sanctis: vbiq; ꝑo  
mūdo h̄ legit̄ Luitꝑ q̄ st̄ q̄ amat. z ꝑcupiscit: pharaoni: non ch̄o  
defuit imo spargit potiꝑ q̄ colligit Qđ sciēs eximiꝑ ille discipulꝑ  
quē diligebat iesus. Nolite inq̄t diligere mūdū. z ea q̄ in mundo  
st̄. At dicet aliq̄s Nōne abrahaz diues: nōne ysaac: nōne iacob  
nōne filius eiꝑ Joseph: in toto egypti regno Pharaoni primus  
fuit: in euāgelio nōne: diues centurio: testimonio dñi ꝑmēdat̄ di  
centꝑ. in israhel tātā fidē nō iueni Nōne z alius Centurio italice co  
hortꝑ: nōne Corneliꝑ: diues fuisse in actibꝑ ap̄lorū legit̄: q̄ tñdño  
t̄m placuit i diuitijs: vt ꝑm user egētibꝑ: ad fidē vocari meruerit  
Adde Sacheū publicanū quē locupetissimuz in diuitijs saluatū  
scriptura ꝑmemorat. Respōdeo: habuisse quidē eos diuitias: nō  
amasse: nec in incerto diuitiarū sperasse: sed in deo viuo: q̄ p̄stat  
nobis oīa habūdāter ad fruendū: Illos ḡ meꝑ fmo solos ꝑstri  
git. illos vellit: q̄ ap̄lorꝑ. z aplicorꝑ viroz dignitatē vsurpātes: nō  
etiā exēpla sequētes: noctes atq; dies nihil aliud cogitāt. deside  
rāt. suspirāt. q̄ t̄renas diuitias: q̄ maxia t̄ba ē hodie Domū dñi:  
sub ꝑsona. z noīe sac̄dotū: vereor: ne mlti nūmularij. z foenerato  
res hodie teneāt: q̄ nisi resipiscūt oriꝑ: z saluti sue maturiꝑ consu  
lūt Excitatus ꝑpediez dñs: tāq; dormiēs: tanq; potēs crapulatꝑ  
a vino dissipabit demū mēsis nūmulariorū: z ꝑ terrenis opibus  
q̄s in explebili desiderio nūc scrutant̄: obprobriū sempiternū da  
bit illis: Petrus reliq̄t becoīa ꝑpter Eb̄m: (sed paup̄ fuit inq̄s



Petrus: q̄ audēt etiā periculose de ap̄torū merit̄ detrāhere) At  
 Matheus nō erat paup: z tñ relictis oībus: de telonio surgens  
 paupem paup secutus ē Ch̄m. Nostruz vero bona ps: iteruz ab  
 ip̄o (utinā hoc ego mētiar) recta: indies ad teloniū cōtendimus  
 Scio ego sacerdotes. qui ip̄i telonij p̄fecturā p̄be gesserint. O  
 miserā vicē regal̄ sacerdotij generis electi: gentis sancte: sacerdo/  
 tē fieri tā sordidi ministeriū officij: nihil pene aliud agere: p̄ diē to/  
 tū: q̄s q̄ries navis appulerit: ad litt̄ p̄currē: oīs ī ea sarcinas: oēs  
 āgulos: (etiā sentinas) cū sordētib; nautis: circuire: exigendi nes/  
 cio cuius vectigalis causa: puto lucrū cōcupiscebāt Ecce cōcu/  
 picetiā militātē in mēbris sacerdotis Que in eo nūq̄ ius illud ac/  
 ciperet: si diuī Pauli s̄bis aures purgatas p̄bere velle: salubrit̄  
 z dilucide sic ad Timotheū scriptis. Nihil ī hūc mūdū intulim⁹  
 haud dubiū: qz nec auferre: qd̄ possum⁹: Habētes aut̄ alimēta:  
 z vestimēta quib; tegamur his contēti sim⁹ Nā q̄ volūt diuites  
 fieri icidūt in tērationē: z laqueū diaboli: z desideria mlt̄a nociua  
 q̄ mergūt hoīes in iteritū z pditionē Radix. n. maloz oīm est cu/  
 piditas: quā qdā appetētes errauerūt a fide. z inseruerunt se do/  
 lorib; mult̄. O seculariū sollicitudo bonoz q̄s apposite q̄s pp̄ie  
 te Ch̄s dñs n̄r ī euāgelio: spinis p̄pauit suffocātib; semē s̄bi dei  
 Si. n. s̄bi dei: H̄ ē sacre scripture vitales doctrinā: velut mūda  
 animalia semp ruminarem⁹: certe non (vt nūc fere fit) corrupti/  
 biles diuitias: q̄s: vt crederem⁹: ip̄a veritas māmonā (q̄d̄ lingua  
 syrozū iniquitas dicitur) tātope sitiremus S; illa duce. z magi/  
 stra eas potissimū diuitias q̄reremus. imo p̄se q̄remur: de quib;  
 scriptū ē Redēptio anime. viri pp̄ie diuitie: Et qd̄ has diuitias  
 quas aptas ad aīe redēptionē sapiēs asserit Aurū purpuraz: gē/  
 mas latifundia existimabim⁹: nō equidē opinor: eo q̄ sint aliene  
 iste: non pp̄ie hominis diuitie: non enī istas secū quis intulit ī  
 hunc mūdū: nec auferet secū: Quid: q̄ hic nec possideri sine ppe/  
 tua sollicitudine: nec amitti eq̄ aīo p̄nt: Nōne videm⁹: passiz vul/  
 t⁹ paupū maḡ hilares ferme. q̄s diuitū: nōne q̄ridie dñia rez col/  
 labi cernim⁹: z e maximis diuitijs: q̄sdā ad iopiā extremā medici/  
 tatēq̄ in dies redigi. non sine graui cordolio. et tabe mortalium  
 quib; ista calamitas obtigit. Minimi faciunda ē bona hec tēpa/  
 lia psuaderi ethnicis complurib; potuit Et Ch̄ianis nobis hoc  
 ip̄m ch̄s ip̄e nō persuadebit: Attendāt q̄so ecclesiastici illi (q̄ om/  
 nia diuina atq̄ hūana pre solis diuitijs nūc negligūt: neq̄ hono/  
 ri magno locū: neq̄ virtuti esse putant: nisi effuse affluant opes)



vnius ethnici de hmoi temporalibus bonis sententia. Quisq̄s ē ita  
 inq̄t. Caduca nimirū: et fragilia puerilibusq̄ sententia crepūdis  
 sunt ista: q̄ vires atq̄ opes hūane vocantur: affluunt subito: repē  
 te dilabūtur: nullo ī loco nulla ī p̄sona: stabilibus nixā radicibus  
 p̄sistūt: sed incertissimo flatu fortune: huc atq̄ illuc acta: q̄s ī subli  
 me extulerunt: improviso recurſu destitutos: ī p̄fundū cladius  
 miserabiliter īmergūt itaq̄ neq̄ debēt existimari: neq̄ dici bona  
 que inflictoꝝ malozū amaritudiez desiderio sui duplicant. Ecq̄d  
 audistis ethniciū istū palā p̄fiteri: seculares diuitias: non mō alie  
 nas s; nec oīo eē diuitias: ergo nec s; iste viri diuitie: redēptio aī  
 me eius: quā debem⁹ vtiq̄ omībz mundi opibz añponere (iuxta il  
 lud Quid proderit hōi: si lucretur mūdū totū: et detrimentū ani  
 me sue faciat: aut quā cōmutationē dabit pro anima sua) Sed il  
 le potius: que non trāseunt: q̄ nō sicut vmbra p̄tereūt: e quoz the  
 sauris vetera p̄ferunt et noua Que cōfigunt timore diuino cor  
 da hominū. Que sunt amplius mltro diligende. q̄ cupiditas car  
 nalis millia auri diligit. et argenti Has vtinam diuitias seq̄mur  
 nec eas vltro irrideam⁹ cum phariseis: dum ipsis dicitur nō po  
 testis deo seruire. et mammonē. Que (vt semel iam finiam sermo  
 nem. et longo fastidio vos liberem) nobis per Salomonē loquū  
 tur: vnde duxi vobis iniciū verbi huius Accipite disciplinam  
 meam: et nō pecuniā: doctrinā magis q̄ aurū eligit. Dixi:

Finis